cap. 2. Aug. ad oroſium contra priſcilianiſtas. dum queritur inquit. vñ creaturã ſuã deus fecerit. quedã materies queritur ſicuti ẽ fabro lignuȝ vel quodlȝ corpus. qd̃ niſi habuit ea facere que ab eius arte expetunt̃ non poterit oĩno facere. Cũ ergo ridetur ex nihilo: quid ridet̃ niſi nullaȝ ei ſubiectam fuiſſe mãm quã ipſe non fecerit vt hr̃et vñ faceret ſi q̃d vellet: ⁊ qd̃ nõ haberet facere nõ valeret. Et ſubdit. cum dr̃ deus ex nihilo fecit. nihil aliud dr̃ niſi nõ erat vnde faceret. ⁊ tñ q̃ꝛ voluit fecit ſm̃ hunc ſenſuȝ pȝ ꝙ h̃ rõ in nullo ꝓcedit nec confirmatio eius: ſed tãtũmõ cõtra ꝑmũ quem nõ damus. ¶ Notandũ tñ eſt: ꝙ h̃ ter minus nihil. ſicut ſilr̃ docet anſe. in mon. põt in enunciationibus duplr̃ teneri. ſ. ſincathegoreumatice ⁊ cathegoreumatice. primo mõ equiualet in ſignificando huic complexo nullũ ens. 2º aũt modo huic. nõ ens. aut qd̃ nõ
cap. 19. eſt. ⁊ ſm̃ hanc diuerſam acceptionem eius multum diuerſant̃ ꝓpoſitiões in veritate ⁊ falſitate ⁊ alijs cõditionibus carudẽ. nam ſi dicat̃. nihil poteſt corrũpere deuȝ. ⁊ li nihil. ſtat ſincathegoreumatice idem valet qd̃ h̃. nullum ens põt corrũpere deũ: ⁊ tũc ẽ ꝓpoſitio vlis ⁊ negatiua. ſi vero teneat̃ cathegoreumatice tũc equiualet huic. non ens ſeu qd̃ nõ eſt poteſt corrũpere deũ: ⁊ tũc eſt indefinita affirmatiua ⁊ falſa. ſimilr̃ diſtiguẽde ſunt iſte. nihil põt ſatiare auaruȝ. nihil docuit me volare. ⁊ cetere ſilẽs. Cũ itaqȝ phi dicũt nihil fit ex nihilo ſm̃ ipſos li nihil. nõ põt teneri in ſubiecto ⁊ ꝑdicato cathegoreumatice. tũc. n. eſſet ſenſus: qd̃ nõ eſt vel non ens fit ex non ente. qd̃ vtiqȝ ſm̃ ipſos eſt falſum. volunt igitur ꝙ teneat̃ in ſubiecto ſincathegoreumatice. in ꝑdicato aũt põt teneri cathegoreumatice. ⁊ tunc eſt ſenſus ꝙ nullũ ens fit ex nõ ente. ⁊ ſincathegoreumatice: ⁊ eſt ſenſus ꝙ nullũ ens fit ex non ente. ⁊ vtroqȝ mõ ſm̃ ipſos vera eſt ꝓpoſitio illa. Scd̃m nos aũt in ſecũdo ſenſu ẽ falſa. ⁊ eius oppoſita vera. ſ. aliquod ens fit ex non ente. ita tñ ꝙ equiualeat huic copulatiue. aliqd̃ ens fit ⁊ ipſuȝ ex nullo ente fit: ſiue nõ fit ex aliquo ente. ⁊ tũc pȝ ꝙ ſi querat̃ an fiat ex nihilo ꝑ ſe vel per accidens: queſtio eſt ĩpertinens: eo ꝙ ꝓcedit ac ſi li nihilo. teneret̃ cathegoreumatice: ⁊ eſſet ꝓpoſitio mere affirmatiua: non aũt eſt ſic: ſed rõne vnius partis eſt negatiua. affirmat̃ nãqȝ qd̃ eſt factũ. ⁊ negatur eſſe factum ex aliquo per ſe vel per accñs. ¶ Ad rõnem qua ꝓcedit
Ad ꝑm 3e vie tertia via rñdeo negando añs: ⁊ dico ꝙ non eſt inductio ſufficiens vt ꝑus dixi. Itẽ ꝓpoſitio aſſumpta in ꝓbatione. ſ. ꝙ ois factio ẽ a cõtrario ⁊c̃. falſa eſt. Et ſm̃ eundem Cõmen. tã añs q̃ꝫ aſſumpta ſumẽdo gnãlr̃ factũ ⁊ factionem hȝ inſtantiam in factione ſpecieꝝ intelligibiliũ ab intellectu agente: ꝙ nõ eſt traſmutans neqȝ alterans per qualitates actiuas vel paſſiuas. vnde in. 7. meta. dicit ꝙ
Cõ. 31. Ariſto. coactus eſt ponere agens ſeparatuȝ a mã i factione virtutũ intelligibiliũ: que apud ipſuȝ non ſunt mixte cum mã. ⁊ intelligit h̃ de intellectu agente in ſpeciebus intelligibilibus vt dictuȝ eſt in precedenti. q. ¶ Ad 2m
Ad 2m dico ꝙ potentia actiua põt duplr̃ accipi. vno mõ generaliter vt dr̃ vlr̃ de potentia ꝓductiua. alio modo ꝯtracte prout dr̃ tm̃ de trãſmutatiua. ꝑmo mõ non omni actiue ſemꝑ reſpondet paſſiua: nec dicit̃ relatiue ad paſſiuam ſed ad agibile vel ꝓducibile. nõ aũt neceſſe eſt ꝓducibile eſſe aliquid. 2º aũt mõ actiue potentie correſpondet
t.c. 17. paſſiua: ⁊ ſic etiam ſumit phs̃. 5. meta. potentia aũt actiua nõ eſt inq̃ꝫtum huius mere trãſmutatiua iuxta intellectum phi ⁊ Cõmen. ¶ Ad vltimã rõnem dico: ꝙ ſicut
ad argm 4e vie non eſt neceſſariuȝ omne corpus eſſe in loco. imo nec de facto eſt: ſicut pȝ de ꝑmo omnia continente ſic nõ eſt neceſſarium omne corpus qd̃ fit fieri in loco. loquendo de factione vlr̃ vt in precedentibus: ⁊ iõ ꝓpoſitio aſſumpta. ĩpoſſibile eſt ꝙ aliqd̃ corpus generet̃ niſi in loco: eſt ſimpliciter falſa. ſi tñ debeat aliquam continere veritatem intelligenda tm̃ eſt de corporibus que generant̃ per trãſmutationem agentiũ naturaliũ: que oȝ eſſe approximata ſm̃ debitam diſtantiaȝ paſſiuis ⁊ de ineſſe: q̃ꝛ de illis veruȝ eſt de facto ꝙ ſunt in loco: quicquid ſit de poſſibili. celũ aũt nõ ẽ ſic factũ. iõ rõ nõ valet ad ꝓpoſitũ.

Reſtat modo videre vtrũ rationibus naturalibus
2º artic. poſſit oſtendi nõ eſſe plura entia nõ habentia principium effectiuũ. ⁊ dicit̃ a pluribus theologis ꝙ
ſco. 2. ſ. d. ꝑ. q. 3. ſic. ¶ Ad qd̃ quidam arguit ſic. quicq̃d eſt aliud a ꝑmo

eſſentialr̃ dependet a p̃mo. Ɓ pꝫ: tum auctoritate Ariſto.
T.c.38. in.12.meta. dicentis ꝙ ab ipſo dependet celū ꝛ natura.
non aūt potuit celum dependere pluſq̄ intelligentia: qꝛ
ponit celum formaliter neceſſarium ſicut intelligentia.
tum per rōnem: qꝛ ſi aliqd aliud a p̃mo non dependeret
eēntialr̃ ab eo: illud nō eēt ipſius vniuerſi. qꝛ vnitas vni-
uerſi eſt ſm ꝙ omnia alia a p̃mo ordinē habent ad pri-
muꝫ: vt pꝫ ex.12.meta. vñ nihil eſt in vnitate ordinis vni-
uerſi: niſi qꝛ hꝫ ordinē eſſentialē ad ipſum p̃mū. quicqd
aūt hꝫ ordinē eſſentialem ad p̃mū ab ipſo depēdet. igiť
qcqd eſt aliud a p̃ eſſentialr̃ depēdet ab eo. Sꝫ nihil de-
pēdet eēntialr̃ ab eo: niſi ꝙ cāť ab eo. qꝛ ſi nō cāreť ab eo
a ſe ꝛ ex ſe eēt neēe eē. ꝗ ſibi nō repugnaret eē q̄cūq̄ alio
circūſcripto. ꝛ per ꝯñs nō dependeret eſſentialr̃ a p̃. igiť
omne aliud a p̃mo eſt ꝑductū ab eo. ꝛ per ꝯñs non ſunt
2m plura entia nō habētia p̃nm effectiuū. ¶ 2° ex dictꝭ eiuſ-
dem doctoris alibi pōt argui ſic. ſi eſſent plura entia ta-
lia. eſſent plura neceſſe eſſe. Ɓ ſatis pꝫ. qꝛ oē nō neceſſe eē
habet eē ab aliquo ſi eſt: ꝛ per ꝯñs eſt ꝑductum. ſed ꝯñs
ipſemet ꝓbat eſſe falſum ſic. qꝛ ſi ſint duo neceſſe eē illa
ꝓprijs rōnibus realibus diſtinguūť: ꝛ dicanť ille. a. ꝛ. b.
rōnes iſte aut ſunt formalr̃ rōnes neceſſario eſſendi aut
nō. ſi ſic: ꝛ p̄ter hoc illa duo per illud in quo conueniunt
ſunt formalr̃ neceſſaria. igiť vtrūq̄ duabus rōnibus for-
malibus erit neceſſe eē: qđ eſt impoſſibile. qꝛ cū neutra
illaꝝ rōnū icludat aliā: vtralibet illaꝝ circūſcripta eēt
neceſſe eſſe per aliam. ꝛ ita eēt neceſſe eē ꝑ illud: quo cir-
cūſcripto non min9 eēt neceſſe eē. Si vͦo per illas rōnes
quibus diſtinguūť neutrū illoꝝ eſt formalr̃ neceſſe eſſe.
igitur ille rōnes nō ſunt rōnes neceſſario eſſendi. ꝛ ita ſe
quitur ꝙ neutrū includiť in neceſſe eē. qꝛ quecūq̄ enti-
tas nō eſt neceſſe eē eſt de ſe poſſibilis. ꝛ ꝑ ꝯñs nō inclu-
ditur in neceſſe eſſe: quia in neceſſe eſſe non includitur
aliquid qđ non ſit neceſſe eſſe ꝛ ratio neceſſario eſſendi.
3m ¶ 3° ad idem aliꝗ ſic: omne qđ ſibi derelictuꝫ eſt nō ens
eſt effectiue ꝑductū. Sed oīa preter vltimū finem ſibi-
ipſis derelicta ſunt non entia. ergo ꝛc̄. ꝓbať minor: qꝛ ſi
per īpoſſibile remoueať vltimus finis: aut aliqua rema-
nebunt entia aut nō. nō poteſt dici p̃mū. qꝛ tunc non de
penderēt eēntialr̃ a fine. igiť nō remanebūt. ꝛ ꝑ ꝯñs ſibi
4m derelicta eſſent non eſſentia. ¶ 4° ſecūdū iſtos: ꝛ plures
alios. omne qđ hꝫ cauſaꝫ finalem hꝫ cām efficientem: qꝛ
cauſalitas finis eſt eſſe cuius gratia aliqd fit. ſi igiť eēnt
plura entia non ꝑducta eſſent plura non habentia cām
T.c.36. finalē. c9 oppoſitū ſatis pꝫ ex.12.meta. ¶ Alie rōnes poſ-
ꝛ.37. ſent ad idem adduci: ſed iſte mihi videnť potiores. Quā-
uis aūt cōcluſio harū rationū vera ſit. mihi tñ nō appaꝫ
Ad p̃m ꝙ ipſe eam efficaciter ꝯcludant cōtra ph̃m. vñ ad p̃maꝫ
Scoti. reſponderet ph̃s concedendo ꝙ oē aliud a p̃mo eēntia-
liter dependet ab eo: ſed negando ꝙ omne qđ dependet
eēntialr̃ ab eo cauſať ab eo: intelligendo de cauſalitate
efficiente. nam de facto ponūt intelligētias ꝛ corpora ce-
leſtia eſſentialr̃ dependere a p̃mo fine: ꝛ tñ a nullo eē fa-
cta effectiue. Et cū ꝓbať: ꝙ ſi ň cauſareť ab alio. ex ſe eēt
neceſſe eē. diceret hanc cōſequētiam nō valere: loquēdo
eodē mō de cauſalitate. Si aūt vlr̃ intelligať de cauſali-
tate ꝯcederet eas cauſari a p̃mo tāq̄ a fine: qđ magis eſt
eſſe ad p̃mum. ꝛ ꝓpter p̃mū q̄ a p̃mo: ꝛ ꝓprie ꝛ ſtricte lo-
quēdo. ¶ Sed ꝯtra: oē eſſentialr̃ dependēs ab alio q̄tū
Ↄ rñem ad ſuum exiſtere: aut eſt poſſibile nō eſſe aut neceſſe eē. ſi
poſſibile nō eſſe. igiť eſt factuꝫ alias qđlibet poſſibile nō
eſſe poſſet dici nō eſſe factū. ꝛ ſuperflueret oīno cā effici-
ens. qꝛ ſi poſſibile nō eſſe eſt ſine cā efficiente multo ma-
gis qđlibet neceſſe eē eſt ſine cā efficiente. oē aūt ens eſt
poſſibile nō eſſe vel neceſſe eſſe: ꝛ per ꝯñs nullum ens hꝫ
cauſam efficientē: cuius oppom ſatis ex notis ad ſenſum
declarat ph̃s taꝫ in p̃mo q̄ in.12.meta. vbi oſtendit qua T.ꝛ.c.31
neēitate ph̃i moti ſť ad ponēdū cāꝫ agentē ꝛ ſil̃ Cōmen.
ibidē. ꝛ eť. 2. phy. Cōmen. 48. ſi vͦo ē neēe eē: aut ē ex ſe
neceſſe eſſe: aut per aliud. ſi ex ſe. igiť nō depēdet ab alio
q̄tum ad neceſſe eē. ꝛ per ꝯñs nec q̄tum ad eē: qꝛ in ne-
ceſſe eē claudiť eſſe: ꝛ iō ꝙ ſibi ſufficit ad neceſſe e ē ſibi
ſufficit ad eſſe. ſi igiť dependet ab alio nō eſt ex ſe neceſ-
ſe eſſe. nec pōt dici: ꝙ per aliud ſit neceſſe eē: qꝛ ſi nō ē ex
ſe neceſſe eſſe. igiť ex ſe eſt poſſibile nō eſſe: ꝛ per ꝯñs non
eſt per aliud eſſe neceſſe. alias idē eſſet ex ſe poſſibile nō
eſſe: ꝛ per aliud neceſſe eſſe: qđ includere ꝯdictionē bene
declarat Cōmen. p̃mo ce. ꝛ.9. ac.12.meta. ¶ Reſpondeo Rñ.
ꝙ ph̃s poſſet rñdere ꝯcedendo: ꝙ nullū dependens eſt
ex ſe neceſſe eē: accipiendo ly ex ſe. vt idem valet qđ non
per aliud: in quo ſenſu icedit ꝓbatio. ꝛ tñ negando ꝙ ex
ſe ē poſſibile nō eē. nō. n. ſequiť. Ɓ nō eſt ex ſe neceſſe eſſe
igitur ex ſe eſt non neceſſe eſſe. vel ex ſe eſt poſſibile non
eſſe. ſicut non ſequitur. Ɓ nō eſt ex ſe album. igiť eſt ex ſe
non albū. Similr̃ non ſequiť. hoc nō eſt ex ſe neceſſe eē.
igitur hoc non eſt neceſſe eē. ſicut non ſequiť. Ɓ nō eſt ex
ſe album. igitur nō eſt album. diceret igitur ph̃s ꝙ aliqđ
neceſſariū eſt ex ſe neceſſe eſſe. vtpote primum ens a nul
lo dependens. aliqua vͦo alia ſunt vtiq̄ neceſſaria: nō tñ
ex ſe: ſed per p̃mū. nec tñ ex ſe ſunt poſſibilia nō eſſe. nec
etiaꝫ ſimplr̃ loquēdo veruꝫ eſt dicere illa eſſe poſſibilia
non eſſe. nec oppoſitum huius adhuc apparet euidenter
eſſe ꝓbatū. ¶ Secūda ēt ratio non valꝫ. nam fundatur Ad 2m
ſuper falſo: videlicet ꝙ quecūq̄ ꝯueniunt ꝛ diſtinguun- ſcoti.
tur: aliquo ſui conueniunt: et alio diſtinguuntur: cuius
oppoſitum pluries in p̃mo li. dictum eſt. ꝛ infra etiam di-
cetur. diceret ergo ph̃s ꝙ illa duo neceſſe eſſe ſe totis ꝑ
diſtiguūť numeralr̃. ꝛ ſpecifice ꝛ ꝯueniūt genere. ¶ Ꝑ.
ratio poteſt deduci contra arguentem. nam de facto: ꝛ
deus eſt ſubſtantia ꝛ angelus eſt ſuba. ſunt ergo due ſub
ſtantie proprijs rōnibus diſtincte: ꝛ ꝯuenientes in rōne
ſubſtantie. tūc igiť aut illud per qđ de9 ꝯuenit cū angelo
eſt rō neceſſario eſſendi: aut non. ſi nō. igitur deus nō eſt
neceſſe eſſe: qꝛ in neceſſe eſſe non includiť aliquid vt di-
cunt qđ nō ſit ratio neceſſario eſſendi. Si vero eſt ratio
neēio eēndi cum eadē rōne que nunc tacta eſt ꝓpria rō q̄
nunc diſtinguiť ab angelo ſit etiaꝫ ratio neceſſario eſſen
di: ſequitur ꝙ deus duabus rōnibus formalibus neceſſa
rio eſſendi ſit neceſſe eſſe. ꝛ tunc vltra. ſicut ipſe deducit
ſequitur contra euꝫ. Et p̄terea cū illa ratio ſit ꝯueniens
etiam angelo ſequiť ꝙ de facto angelus ſit neceſſe eſſe
ſicut eſt ſubſtantia ꝛ ens. qꝛ rationes entis ꝛ ſubſtantie
ſm imaginationē illius argumēti ſunt rōnes cōēs deo ꝛ
angelo. ¶ Ad tertiam q̄uis maior ſm formam vocis Ad 3m
implicet ꝯdictionem. ſumendo tñ eam ad bonum intel-
lectuꝫ vt e‸uiualeat iſti. Omne ens qđ ſi aliud quid non
eſſet ipſum non eſſet eſt effectiue productum. dico ꝙ hec
eſt vera ſi illud aliud ſit poſſibile nō eſſe. nunc aūt ipſum
primuꝫ ad qđ non eſſe quodlibet aliud non eſſet non eſt
poſſibile non eſſe. Si vero illud aliud nō ſit poſſibile nō
eſſe maior non habet euidētiam: ꝛ a philoſopho vtiq̄ ne-
garetur. ꝛ poteſt ei ſatis in ſimili inſtari in duobus veris
neceſſarijs: quorum vnum eſt ꝯſequēs ad aliud. ac per
hoc ſi conſequens non eſſet verum antecedens non eſſet
verum. nec tñ ſequitur ꝙ ipſum ſit poſſibile non eſſe ve-
rum. vnde ſi hec non eſſet vera. nullus homo eſt lap. hec
nō eſſet vera. nullū aīal eſt lap. ꝛ tñ iſta. nullū aīal eſt lap.
eſt ſimplr̃ neceſſaria ꝛ nō cōtingēs: ita ſꝫ ph̃m ſi itelligē-
tie ſunt ſimplr̃ neceſſe ꝛ nō poſſibiles nō eē. dependent
tñ a p̃mo neceſſario: ita ꝙ ſi ipꝫ nō eēt ipſe non eēnt. ma-

ſoꝛ aűt illa ſm intentionem arguentis ꝓbatur per hāc. omne quod ſi aliud non eſſet ipſum non eſſet ē poſſibile non eſſe.⁊ ex hoc ſequit̃:qꝺ eſt ꝓductū.vn̄ pꝫ ꝙ non eſt

Ad 4ᵐ efficax contra pħm. ¶ Ad quartam dico. ꝙ adhuc illa minoꝛem efficaciaꝫ hꝫ.nam ſm pħm hec vtiqꝫ eſt falſa. omne qꝺ hꝫ cām finaleꝫ hꝫ cauſam efficientē.⁊ qꝺ addit̃ de cauſalitate cauſe finalis.ſm pħm eſt falſum.dico igitur ꝙ q̄uis vera ſit ꝯcluſio.ſ.ꝙ non ſunt plura entia imꝓducta.rōnes tamen ille nec alie quas viderim: illam demonſtrant ſimplr̄.vn̄ ſola fide ⁊ auctoꝛitate ſacre ſcripture ipſam tenemus. ¶ Ad rōnem factam in p̄cipio queſtionis pꝫ reſponſio ex ſupradictis.

¶ Diſtinctionis.I. Queſtio. III.

QUantum ad tertiū:qꝺ tangit magiſter in hac pꝛima diſtōne quero vtrū per aliquam potentiam fuerit poſſibile aliquā rem aliaꝫ a deo fuiſſe ab eterno ſiue fuiſſe ſine p̄cipio ſue duratio

1ᵐ nis.Et vr̄ ꝙ nō.q2 nō eſt nūc poſſibile aliquaꝫ aliam rem a deo fuiſſe ab eterno.igitur non fuit h̄ poſſibile.aīs ꝓbat̃:q2 ſicut eſt impoſſibile ꝙ fuit an̄ hoc inſtans nō fuiſſe ante h̄ iſtans:q2 h̄ ſolo priuat̃ deus ⁊c̄. ſic eſt impoſſibile vt illud qꝺ non fuit ante h̄ inſtās fuerit ante h̄ inſtans.⁊ eodē modo eſt impoſſibile vt illud qꝺ nō fuit ab eterno fuerit ab eterno. ¶ Cōfirmat̃:quia omnis pꝛopoſitio mere de preterito ſi eſt vera eſt neceſſaria.⁊ per ꝯn̄s ſua oppoſita eſt ipoſſibilis reſpectu illius inſtantis reſpectu cuius eſt vera.ꝯn̄a ꝺo pꝫ:q2 ſicut in h̄ inſtanti quelibet talis ſingularis de p̄terito.hoc nō fuit ab eterno:q̄cūqꝫ res alia a deo demōſtret̃:ē vera ⁊ neceſſaria:ſic ⁊ in quolibet inſtanti p̄terito qꝺ fuit aut poſſibile fuit eſſe ipſa fuiſſet vera.⁊ per ꝯn̄s neceſſaria:⁊ ſua oppoſita ipoſſibilis ſi fuiſſet foꝛmata.igit̃ in nullo inſtanti fuit poſſibile aliquā talē eē veraꝫ.h̄ fuit ab eterno:q̄cūqꝫ aliud a deo demōſtret̃.ſequit̃ aűt.in nullo inſtāti fuit poſſibile illā eſſe verā.igit̃ nō fuit poſſibile ipſam eē ve-

2ᵐ ram. ¶ 2°. ſi poſſibile fuit aliquā aliaꝫ reꝫ a deo fuiſſe ab eterno eadē rōne fuit poſſibile quālibet q̄ nūc eſt fuiſſe: ⁊ per ꝯn̄s totū mūdū cum oībus ſuis ſpeciebus ⁊ nālibꝰ motibus ⁊ actionibꝰ.ꝯn̄s aűt eſt falſum:qm̄ ſequeretur ꝙ infinita eſſent ꝑtrāſita vt infiniti dies infinite generationes ⁊ multa alia ipoſſibilia ſequerent̃.

Oppoᵐ Ad oppoſitum ſic.ſi fuiſſet ipoſſe:aut hoc fuiſſet ex ipotētia dei: ⁊ pꝫ ꝙ nō. vel q2 repugnat cuilꝫ tali rei vt ſemꝑ fuerit ſine initio. ⁊ h̄ etiaꝫ nō eſt verū.nam nulli tali repugnat vt ſit futura ſemꝑ ſine fine.igit̃ nec vt fuerit ſemꝑ ſine initio.aīs pꝫ ſm fidē.ꝯn̄a ꝓbat̃:q2 cui non repugnat eternitas i futurū nō repugnat ēt in p̄teritū vt ſatis pōt hēri ex p̄ celi.

T.c.lo3 In hac queſtione duo erunt articuli. In p̄ videbit̃ vtrū fuerit poſſibile aliquam rem aliā a deo fuiſſe ab eterno. ¶ 2° vtruꝫ fuerit poſſibile ab eterno fuiſſe totum mundū ſcd̄m modum quo nunc eſt ⁊ fuit ex quo incepit.

1°.artic. Quantum ad pꝛimuꝫ articulū dicitur a multis ſolēnibus doctoꝛibus ꝙ nō fuit etiaꝫ

1ᵐ per diuinā potentiā poſſibile aliq̄ꝫ rem aliā a deo fuiſſe ab eterno.hec aűt quidā pꝛobāt pꝛimo ſic.quecūqꝫ ſunt incōpoſſibilia pꝛo eodē inſtanti durationis qualē oꝛdinē habēt nature talē neceſſario habent ſm durationē.Sed eſſe ⁊ nō eſſe creature ſunt incōpoſſibilia pꝛo eodē inſtāti durationis:⁊ nō eſſe p̄us nā ꝯuenit ei.ergo neceſſario pꝛius ſm durationē ꝯuenit ei nō eſſe q̄ꝫ eē:⁊ per ꝯn̄s nō pōt poni ei ꝯuenire ab eterno eē.minoꝛ ꝓbat̃:q2 qꝺ ꝯuenit alicui ex ſe p̄us ſꝫ nām cōuenit ei q̄ꝫ qꝺ ſibi conuenit ab alio.non eē aűt cōuenit ex ſe cuilꝫ creature.eē aűt ab

2ᵐ alio tm̄.ergo ⁊c̄. ¶ 2°. ſi deus pꝛoduxiſſet rem aliq̄ꝫ aliaꝫ a ſe ab eterno.neceſſario ꝓduxiſſet illaꝫ.ꝯn̄s ē ipoſſibile. igit̃ ⁊ aīs.ꝓbat̃ ꝯn̄a.q2 deus nō potuiſſet nō ꝓduxiſſe illam.nā nō ante q̄ꝫ ꝓduxit.q2 ante eternum nihil eſt.nec dum ꝓduxit.q2 omne qꝺ eſt qn̄ eſt neceſſe ē eſſe:nec poſt-

cap.6. quā ꝓduxit: q2 qꝺ factū eſt nō pōt nō fuiſſe.6.ethi. ¶ 3°.

3ᵐ deus ita cito potuit aliquā rem.verbi gr̄a.equū ꝓducere de materia ſicut potuit de nihilo.pꝫ:quia q̄cūqꝫ deus potuit ꝓducere materiam potuit pꝛoducere cōpoſitum. alias materia ꝓduceret̃ ſine foꝛma:ſed deus non potuit equum ꝓducere de materia ab eterno.ergo nec de nihilo.⁊ per ꝯn̄s nullo mō.ꝓbatio minoꝛis.nam ſi ꝓduxiſſet de materia:aut per motum:aut per ſubitam mutationē. ſi per motū.igit̃ non ab eterno:cū motus duratione p̄cedat terminum:nec per mutationē ſubitam:q2 illa fuiſſet menſurata aliquo inſtanti:⁊ per ꝯn̄s habuiſſet p̄mū inſtans ſui eſſe:ac per hoc nō fuiſſet ab eterno. ¶ 4°. oē qꝺ

4ᵐ cōicat aliq̄d alicui per electionē ne͂cīo p̄intelligit illud ſub oppoſito illius cōicati.Sed deus ꝓducendo creaturam cōicat ſibi eſſe per electionē.g̃ p̄intelligit ipſam non eē.non intelligit aűt niſi verū.ergo neceſſario pꝛius illa nō eſt q̄ꝫ ꝓducat̃.⁊ per ꝯn̄s non potuit ꝓduci ab eterno. Cōfirmat̃.q2 electio nō eſt reſpectu p̄ntis.ſed tantū

cap.6 futuri.3.ethi.ergo ſi deus elegit creaturam ꝓducere illa fuit futura:⁊ non pꝛeſens.vn̄ dicunt iſti ꝙ cōtradictio ē

5ᵐ dicere ꝙ aliqua creatura ſit libere ꝓducta:⁊ tn̄ ab eterno. ¶ 5°. arguit̃ ſic ab aliꝗs:nulla menſurata ꝓductio inſtanti trāſeunte poteſt eſſe eterna.Sꝫ oīs ꝓductio creature ex vi qua eſt ꝓductio creature hꝫ ꝙ menſuret̃ iſtāti tranſeunte.ergo.maioꝛ pꝫ:tum q2 inſtans tranſiens nō poteſt eſſe eternū:alioquin non eēt tranſiens ſed ſtans.⁊ per conſequēs nec ꝓductio ipſo menſurata. tum q2 ante qꝺlibet iſtans fuit tp̄s.tum q2 in omni mēſurato inſtāti tranſeunte ꝓductio differt a manutenētia:⁊ inſtans ꝓductionis fuit initiū tempoꝛis menſurātis manutenentiā. igitur tp̄s manutenentie eſt finitū a parte ante:⁊ per ꝯn̄s ꝓductio non fuit ab eterno.igitur nec res ꝓducta.minoꝛ ꝓbat̃:q2 creatura ex vi ꝓductionis ſue nō hꝫ ꝙ duret niſi per inſtans aliogn̄ per aliquā durationem poſſet durare ſine cōſeruāte:⁊ pari rōne per totum tp̄s:qꝺ eſt falſuꝫ: ⁊ contra fidem.igitur ꝓductio creature mēſuratur inſtāti tranſeunte.pꝫ ꝯn̄a:q2 ſi alia mēſura.igitur creatura ex vi ſue ꝓductionis duraret per aliam mēſurā totā.⁊ nō ꝑ

6ᵐ inſtans tm̄:qꝺ repugnat aūti. ¶ 6° ad idem per alios ſic arguitur.omne factū de nihilo:qꝺ nō eſt in cōtinuo fieri in aliquo inſtanti incepit:ſed mūdus vel aliqua alia res a deo eſt facta de nihilo:⁊ non eſt in cōtinuo fieri.ergo incepit in aliquo inſtanti:⁊ per ꝯn̄s nō ab eterno fuit. p̄miſſe ſunt neceſſarie.g̃ ⁊ ꝯ͛.maioꝛ pꝫ:q2 ſi nō icepit in aliquo inſtanti ⁊ fit de nihilo q̄ꝺiu eſt ſemꝑ ꝓducit̃:⁊ per ꝯn̄s eſt in ꝯtinuo fieri.Mi.pꝫ:q2 qꝺ ē in continuo fieri nō eſt factum:ſed eſſe ſucceſſiuū:⁊ fit continue:nō ſic aűt mun-

7ᵐ dus ⁊ res permanentes. ¶ 7° creari aut eſt idem qꝺ habere eē ab alio ⁊ nō de aliquo:aut idē qꝺ habere p̄mo eē ab alio ⁊ nō de aliquo.non p̄mū:q2 creatura q̄ꝺiu eſt hꝫ eē ab alio ⁊ nō de aliquo:⁊ tn̄ nō creat̃ q̄ꝺiu ē. alioquin eſſet in cōtinuo fieri ſicut dicis ⁊ agō.igit̃ opꝫ dare ſcd̄m .ſ.habere nūc p̄mo eē ab aliquo ⁊ nō ꝺ aliquo:qꝺ icludit nō eē ab eterno.igit̃ ipoſſibile ē aliquā rem fuiſſe creatā

8ᵐ ab eterno. ¶ 8°. ſi deus ꝓduxiſſet aliquā aliā rē ab eterno trāſiſſet a ꝯ͛dictoꝛio in ꝯ͛dictoꝛiū.pꝫ:q2 de facto nō ꝓduxit ab eterno.igitur fuiſſet aliq̄ mutatio:⁊ non in deo. conſtat.igitur in re ꝓducta.⁊ ſic illa res tranſiſſet de non eſſe ad eſſe.Sꝫ qꝺ tranſit a nō eē ad eē non fit ab eterno

igitur ſi deus ꝓduxiſſet ab eterno nō ꝓduxiſſet ab eter-
9m no:qḋ implicat. ¶ Nono:q̄cq̄d eſt in potentia ad duo cō
tradictorie oppoſita ſi acq̄rat vnum illoꝝ neceſſario re-
linquit reliquum:q̄m nō eſt medium inter ꝯdictoria.ſed
ab eterno veruꝫ fuit dicere.mūdus vel h̄ res.verbi gr̄a.
b.pōt eē.ſimil̄r.b.pōt nō eſſe.igitur ſi b.acquiſiuiſſet eſſe
reliquiſſet nō eē.nihil autē pōt relinquere nō eē niſi ꝑus
fuerit ſub non eſſe.⁊ ſi b.fuit ab eterno ꝑus non fuit:qḋ ē
10m īpoſſibile. ¶ Decimo q̄cquid poteſt fuiſſe eternum fuit
eternum.Sed nulla alia res a deo fuit eterna.igit̄ nulla
alia res a deo potuit fuiſſe eterna.minor eſt certa.maior
probatur:q2 potētia que neceſſario coniungitur actui ne
ceſſario infert actū.pꝫ:ſed potentia ad eſſe eternū neceſ-
ſario coniungit̄ actui.qḋ ꝓbatur dupl̄r.ꝑmo:q2 vbicūqꝫ
potentia nō neceſſario cōiungitur actui:actus poteſt ſeq
potentiam ſuam ſm durationē:ſed eſſe eternū a p̄te an-
te non poteſt ſequi potentiam ſuam ſm durationem:q2
tunc illud nō fuiſſet ab eterno.ergo potentia ad eſſe eter
T.c.32. nuꝫ neceſſario cōiungit̄ ſuo actui huic.ſ.eē eternū. ¶ 2°.
11m per illud ph̄i in perpetuis non differt eſſe ⁊ poſſe. ¶ Un
decimo.ſi cā effectiua nāl̄r agens fuiſſet ab eterno nō po
tuiſſet ꝓduxiſſe ſuū effectum ſibi coeuū.ergo ſi cā libera
effectiua fuit ab eterno non potuit produxiſſe effectum
ſibi coeuū:pꝫ ꝯñā.añs ꝓbat̄:q2 ſi dic̄ oppoᵐ.vbi gr̄a. ꝙ ſi
ignis fuiſſet ab eterno ꝓduxiſſet ſplēdorē ſibi coeuū.aut
ꝓduxiſſet illuꝫ de nihilo:aut de aliquo : non de nihilo:q2
tunc creaſſet:⁊ ſic fuiſſet deus:nec de aliq̄.q2 aut ꝑ motū
aut ꝑ mutationē:q2 oīs reductio entis de poᵃ ad actū eſt
altero illorum modorum.Sed ſi naturale agens ꝓduce
ret de aliquo effectū:ꝓduceret de aliquo qḋ eſt in poten
tia ad actū illius effectus.igitur aut per motum aut per
mutationem.non per motum:q2 tunc talis effectus non
eſſet coeuus ſue cauſe:qḋ eſt ꝓpoſituꝫ.nec per mutatio-
nem.q2 oīs mutatio menſuratur aliquo inſtanti:⁊ ꝑ ꝯñs
ante illud inſtans nō fuiſſet talis effectus.ſ.ſplēdor:ac ꝑ
12m hoc neqꝫ ab eterno. ¶ Duodecimo:ab alijs ſimiliter:ſi
deus potuit ꝓducere mūdum aut aliquā aliam rem.ver
bi gr̄a.b.ab eterno:aut h̄ potuit nō cauſando ſeu de nouo
ꝓducendo aut potuit cauſando:vel nō de nouo ꝓducen-
do.non 2ᵐ q2.b.nō fuit ab eterno. igit̄ non potuit illum
ꝓducere niſi per nouam ꝓductionem:ſicut nūc nullum
futurum poteſt eē niſi fiat de nouo.nec ꝑmo modo.q2 h̄
includit contradictionem.ſ.noua ꝓductio alicuius cum
13m eius eternitate. ¶ 13° ſic deus potuit ꝓduxiſſe munduꝫ
ab eterno.igitur potuit produxiſſe iſtum munduꝫ . igit̄
deus potuit produxiſſe iſtum creatū mūduꝫ ab eterno.
ꝯñs includit ꝯdictionē.⁊ ꝯñā pꝫ ſaltē vt nūc: q2 termini
añtis ⁊ cōſequentis ꝯuertunt̄ vt nūc ⁊ ſunt ſingulares.
14m ¶ 14°.ſi deus potuit.b.ꝓducere ab eterno.aut antequā
ꝓduxit.b.potuit ꝓducere.b.ab eterno aut q̄ñ ꝑ ꝓduxit
b.potuit ⁊c̄.aut poſtq̄ꝫ ꝓduxit.b.potuit ⁊c̄.ſit.b.aliquod
ſingulare de nouo ꝓductū a deo.verbi gr̄a.iſte equus vl̄
iſte hō.non pōt dici ꝙ ante:q2 tunc ſequitur:ꝙ in aliquo
inſtanti ante potuit.h̄ aūt conſequens eſt impoſſibile:q2
tunc in hoc inſtanti poſſet idem facere.ſ. ꝓducere.b.ab
eterno.nec pōt dici:ꝙ tunc q̄ñ ꝓduxit:q2 accipiat̄ illud
inſtans:⁊ ſic inſtans ꝑſens:ſequit̄:ꝙ nūc pōt deus ꝓdu-
xiſſe.b.ab eterno:qḋ eſt falſum.tum q2 hoc nō poteſt per
actionem aliquam ſubitam neqꝫ ſucceſſiuam:tum quia
deus non poteſt nunc facere preteritū non fuiſſe.igitur
nec poteſt facere nō ꝑteritum ante.a.fuiſſe ante.a.⁊ per
idem pꝫ: ꝙ non poſtq̄ꝫ ꝓduxit.b.potuit ipſum ꝓducere
15m ab eterno. ¶ 15°.⁊ vltimo pōt argui ſic.ſi aliqua alia res
a deo potuit eē ab eterno aliqḋ cōtingens potuit eſſe ne-
ceſſe eſſe.h̄ aūt eſt falſuꝫ.q2 omne qḋ potuit eē neceſſe eē

fuit neceſſe eſſe:⁊ ſi fuit eſt.igitur ſi aliqḋ ꝯtingēs potuit
eſſe neceſſe eſſe.aliqḋ ꝯtingens ē neceſſe eē.qḋ ꝯñs impli
cat contradictionē.ꝯñā ꝓbat̄:q2 omnis alia res a deo eſt
cōtingens.Si ergo aliqua hꝫ potuit eē ab eterno ponat̄
ꝙ fuerit.tunc ſic.h̄ res fuit ab eterno. igitur non potuit
anihilari a deo quin prius fuerit t̄pe infinito.igit̄ ꝑ tem-
pus infinitum fuit independens a deo ⁊ nō poſſibilis nō
eſſe.igitur t̄pe infinito fuit neceſſe eſſe.⁊ vltra.igitur fuit
neceſſe eſſe.igitur de ꝑmo ad vltimū ſequitur.h̄ res fuit
ab eterno.igit̄ hec res fuit neceſſe eē.Si ergo añs ē poſ-
ſibile.igit̄ ⁊ ꝯñs.ꝑma ꝯñā ꝓbat̄:q2 ſi nō potuit anihilari:
ita ꝙ ꝑus nō fuerit t̄pe īfinito.igitur dato caſu ante iſtās
anihilationis nō ꝑceſſiſſet niſi t̄ps finitum in quo fuiſſet:
⁊ per ꝯñs non fuit ab eterno:qḋ eſt oppoᵐ añtis.alie ꝯñe
ſatis ſunt apparentes. ¶ Hec ꝯ ēt oſtenditur eē de inten
tione ſanctoꝝ.ait.n.Ambroſius in exam̄.q̄d tam incon-
ueniens quam ꝙ eternitas op̄is ꝯiungat̄ eternitati dei:
¶ Item dam̄.li.ꝑ.Creatio eſt ex dei voluntate opus exi cap.9.
ſtens.⁊ non coeternū eſt cū deo.q2 nō aptum natū eſt qḋ
ex non ente ad eſſe deduci coeternū eſſe ei qḋ ſine ꝑnci-
pio ē ⁊ ſemꝑ ē.ſi igit̄ nullū opus dei ē aptū natū:vt ſit coe
ternū:ſeq̄t̄ ꝙ nullū potuit eē ab eterno. Item Aug.ꝯ feli cap.19.
cian̄.diffiniēs creaturā : creatura eſt ex eo:qḋ aut adhuc
non eſt:aut aliq̄ñ nō fuit rei cuiuſlꝫ corruptibilis q̄ſtū in
ſe eſt per oīpotentis dei volūtatem facta ſubſtantia. Ex
hac diffinitione pꝫ:ꝙ cuiuſlꝫ creature eſſe ꝑceſſit nō eē.
Itē Ugo.de ſac.li.ꝑ.ait.dei oīpotentis virtus ineſtimabi cap.ꝑ.
lis non poterat aliud ꝑter ſe habere coeternū. Hec q̄deꝫ
ſunt q̄bus efficaciᵘ dicta ꝯ roborat̄. ¶ Hec ꝯcluſio mihi ꝯ iſtā ꝯᵐ
non apparet vera.ꝓ cuius reprobatiōe aut aliquoꝝ que
pro eius ꝓbatiōe ſumunt̄ pono tres ꝯnes. ꝑma ē.ꝙ poſ
ſibile ē aliquā rē ſil̄ totaꝫ fieri a deo ⁊ t̄ñ nec ipaꝫ nec ali
quid eius tunc incipere eē. ¶ Sc̄da.ꝙ poſſibile ē aliq̄ꝫ
rem totam ſil̄ a deo fieri ſine aliq̄ mutatione ſubita vel
ſucceſſiua. ¶ 3ᵃ ꝙ poſſibile fuit aliquā rem aliam a deo
fuiſſe ab eterno. ¶ 4ᵃ cōcluſio poſſet ꝓbabil̄r poni ſi te-
neret̄ ꝙ ꝑteritū pōt ꝑ diuinaꝫ potentiā nō fuiſſe:ſicut aliq
doctores tenuerūt:⁊ adhuc aliqui tenent.vt in ꝑ.di.42.
q.1.tactuꝫ eſt.⁊ eſſet cōcluſio iſta 4ᵃ.quā nō t̄ñ aſſero:qḋ
poſſibile eſt nūc ēt aliquā rem aliam a deo fuiſſe ab eter
no:⁊ loquor ſemꝑ de potentia dei abſoluta. ¶ Primam ꝑᵃ ꝯ
ꝯnē probo ſic.poſſibile eſt aliquā rē totā ſil̄ ꝓduci:⁊ nec
ipſam nec aliquid eius tunc incipere eē.igitur poſſibile
eſt aliquā rem totam ſil̄ fieri ⁊c̄. Añs pꝫ de facto:nam
nunc filiᵘ dei ꝓducit̄ a patre ſicut pꝫ per origenē ⁊ hyl̄.
⁊ magiſtrū.d.9.ꝑmi.li.⁊ ꝯſtat ꝙ totus ſil̄ ⁊ ꝙ nec ipſe nec
aliq̄d eius nūc incipit eē.ꝯñā ꝓbat̄:q2 non magis ē poſſi
bile ꝙ aliquid fiat:⁊ cum ſit nunc incipiat eſſe q̄ꝫ ꝙ ali-
quid generet̄ vel alias vere ꝓducat̄:⁊ cū ꝓducit̄ nō inci-
piat eē.nec deus minus poteſt h̄ poſſibile q̄ꝫ illud. ¶ 2°. 2m
ſi ſol aut aliud corpus luminoſum illuminās aliquā p̄tē
aeris quieſcentē quieſceret per t̄ps aliqḋ in eadē oppoſi
tione ad illā:⁊ illa nullo mō magis diſponeret̄ ad lumē
nec alias mutaret̄ quatenᵘ lumen itenderet̄ in ea lumen
aliq̄ñ fieret totū ſil̄ q̄ñ nec ipſum nec aliq̄d eius inciperet
eſſe.igitur poſſibile ē aliquaꝫ rem fieri ⁊c̄.añs pꝫ:q2 ſm
ꝙ dicit Aug.8.ſuper gen̄.ad l̄ram.aer p̄ſti lumine nō eſt cap.19.
factus lucidus ſed fit.igit̄ lumē illud fit.⁊ q̄ſtūcūqꝫ aer
eſſet lucidus fieret lumē eius.caſu igit̄ poſito cōſtat:ꝙ
in quolꝫ inſtanti illius t̄pis lumen illud fieret ⁊ totuꝫ ſil̄
quoniam non vna pars eius prior ⁊ alia poſterior.⁊ t̄ñ in
nullo inſtanti illius t̄pis ꝑter ꝑmū lumē illud aut aliq̄d
eius inciperet eē.ꝯñā vō ꝓbat̄:q2 añs eſt vna ꝯditiona-
lis vera.ꝓbatū eſt.⁊ eius añs ē poſſibile vt cuilꝫ clarum
eſt.igit̄ ⁊ eius ꝯñs.igitur h̄ ē poſſibile.lumē fit totū ſil̄.⁊

nec ipſius nec aliquid eius incipit eſſe. ſed ex hoc ſequit: ꝙ hoc eſt poſſibile aliqua res ſit tota ſimul ⁊c. que equi‐ ualet vel infert ꝯñs ꝑncipale. ꝯfirmat etiam iſta ꝯclu‐ ſio ex intentione Aug. 4. li. ⁊ 9. ſup gen. qui vt pz. d. 45. ꝑmi li. expreſſe vult ꝙ quãlibet creaturam exiſtentem deus ſemꝑ faciat ⁊ operet. ⁊ tñ ꝯſtat ꝙ nõ quelibet nec
2ª ꝯ aliquid eius ſemꝑ incipit eſſe. ¶ 2ª ꝯ ꝓbat ſic. poſſibile eſt aliquam rem ſimul totam fieri. ⁊ tunc nec ipſam nec aliquid eius incipere eẽ. igitur poſſibile eſt aliquam rez totam ſimul fieri ſine aliqua mutatione ſubita: vel ſuc‐ ceſſiua. añs eſt ꝓbatuz. ⁊ ꝯña pz: qꝛ ex oppoſito ꝯñtis. ſ. impoſſibile eſt aliquam rem ⁊c. ſequit ꝙ impoſſibile ẽ ali‐ quam rem totã ſil' fieri a deo: ⁊ tamẽ nec ipſam nec aliqd eius incipere eẽ: qõ eſt oppoſitũ añtis. ꝙ autez ſic ſequat: pz: qꝛ impoſſibile eſt aliquid fieri cum mutatione quin fiat tranſitus de nõ eẽ ad eſſe. nam ois mutatio eſt ex op‐
T. c. 7. poſito in oppoſitũ. 5. phyſicoꝝ. ⁊ hꝰ mutatio non põt eſſe
⁊ 27. niſi ex non eſſe in eſſe vt certũ eſt. Si aũt aliquid fiat to‐ tum ſimul ⁊ cũ mutatione de non eſſe ad eſſe. igit qñ fit eſt ⁊ ꝑus imediate nõ fuit: ⁊ p ꝯñs tunc incipit eſſe. ¶ 2ª ꝓbat per caſum poſitum in ſcda rõne ꝑcedentis ꝯclu‐ ſionis. illo nãqꝫ poſito lumen fieret totum ſimul qñ nul‐
3ª ꝯ la mutatio eẽt ibidem. ¶ 3ª ꝯcluſio ꝓbat. ꝑmo ſic. ſi ali‐ cuius rei alterius a deo q̃ tota ſil' potuit produci cã tota‐ lis ꝓductiua fuit ab eterno abſqꝫ defectu alicuius reqſi‐ ti ad ꝓducendum illã: poſſibile fuit aliquam rem aliam a deo ab eterno fuiſſe. Sed alicuius rei alterius a deo q̃ tota ſimul ꝓduci potuit. verbi grã. angeli cã totalis ꝓdu‐ ctiua. ſ. deus fuit ab eterno abſqꝫ defectu alicꝰ requiſiti ad ꝓducenduz illam. ergo ⁊c. Minor eſt certa ⁊ maior ꝓbat: qꝛ ſi talis cã fuit ab eterno: vel fuit cã nãlr actiua vel libere. Si nãlr. igitur produxit ab eterno. ſi libere. g̃ ipſam ab eterno ꝓduxiſſe fuit poſſibile: qm̃ q̃uis cãm li‐ beram totalẽ ꝯcurrentibꝰ oibus neceſſario requiſitis ad agendum non neceſſe ſit agere: gnĩmo in ptãte eius ſit vt nõ agat in quo diſtinguit a cã nãlr actiua. nõ tñ neceſ‐ ſe eſt ipſam nõ agere: aut ſuam actionem vel effectuz pre‐ cedere. ⁊ per ꝯñs ſi aliqua talis fuit ab eterno: ipſam ab eterno agere fuit poſſibile. ¶ Pꝫ. ꝓbat maior ex inten‐
cap. ꝑ tione Augu. 6. de tri. vbi tale facit ꝯñam. Si ignis eſſet eternus. Splendor ab eo genitus eẽt coeternus. ſed con‐ ſtat ꝙ h̃ ꝯña nõ tenet niſi virtute huius ꝓpoſitionis. po‐ ſita cauſa ſufficiente nãlr actiua cũ ceteris neceſſario re‐ quiſitis ſil' poni ⁊ actio. Cũ igit non minus ex põne libere cauſe totalis abſqꝫ defectu alicuius requiſiti ad agendũ inferat poſſibilitas actionis pro tũc q̃ꝫ ex põne cauſe na‐ turalis cauſate inferatur actualitas ſeu actualis poſitio actionis eiuſdẽ: imo magis loquendo de neceſſitate ſim‐ pliciter: cũ nulla talis ſit cã totalis: gnĩmo oꝫ ꝯcurrere ſuperiorẽ cãm. ſ. deum libere agentẽ: cuius ꝯcurſum ſup‐ ponit Aug. in ſua ꝯña: ⁊ ſic eſt neceſſaria. alias vo nõ vale‐ ret. cũ inqꝫ ita ſit pz ꝙ non minus eſt vera h̃ ꝓpoſitio. po‐ ſita cã totali libera ⁊c. põt poni ſimul actio eius. nec mi‐ nus apud Aug. hec ꝯña. Si voluntas creata fuiſſet ab eterno cũ ceteris requiſitis ad volendũ poſſibile fuiſſet eius volitionem coeternam eſſet neceſſaria q̃ꝫ illa quã facit. Ex hoc tollit rñſio dicentiuz qõ ꝯña Aug. eſt bona. qꝛ eſt de cauſa actiua nãlr agẽte. nõ valeret aũt ſilis ꝯña
2ª de cã libera. ¶ Scdo ad ꝯcluſionez ſic. filius dei vere fuit ꝓductus ab eterno. igitur aliqua alia res a deo potu‐ it eſſe ꝓducta ab eterno. añs certum eſt ſꝫ fidẽ: ⁊ ꝯña pz. ex eo ꝙ non vr aliqua ꝯdictio implicari. ſi dicat aliqd aliud a deo ab eterno ꝓductũ eſſe: pluſqꝫ ſi dicat: ꝙ deus filiꝰ ſit ꝓductꝰ ab eterno. nã ſi q̃ videret implicari. h̃ ꝑciſe vide‐ ret: qꝛ ꝓducto repugnaret eternitas a pte añ. h̃ aũt cõe ẽ

vtriqꝫ. Et ſi dicat ꝙ repugnãtia ñ ẽ: qꝛ ꝓducto abſolute repugnet eternitas. ſed qꝛ ꝓducto libere ⁊ electiue: aut qꝛ ꝓducto in aliena nã a ꝓducente: neutrũ valꝫ. nõ ꝑmũ. qꝛ vbi agens non deliberat nõ opꝫ electionem ꝑcedere actionẽ. deus aũt nõ deliberat in agendo. nec 2m: qꝛ qõ productum ſit alterius nature: vel eiuſdem cum pro‐ ducente non refert q̃ꝫtuz ad hoc: dummodo producens totale ⁊ ſufficiens ſit eternum ⁊ effectus poſſit ſimul to‐ tus ꝓduci. Cõfirmat. qꝛ alias premiſſa ꝯña Augu. nul‐ la eſſet cũ ꝯſtet ꝙ ſplendor ab igne genitus nõ ſit eiuſdẽ nature cũ igne generante. Itẽ ex tali modo arguendi ni‐ hil poſſet ꝯ arrium ꝯcludi qui filiũ dicebat eſſe alterꝰ nãe a patre ⁊ cũ negabat eẽ eternũ cõtra quẽ ex tali ꝯña:
ibidem ꝓcedit Aug. ¶ 4ª ꝯ põt ſic probari. deus põt ab 4ª ꝯ eterno voluiſſe facere. a. ſit aũt. a. nomẽ alicuius rei quã deus potuit facere ab eterno. igitur deꝰ põt ab eterno fe‐ ciſſe. a. pz ꝯña. qꝛ ſequit. deus voluit ab eterno feciſſe. a. igitur deus ab eterno fecit. a. alias ſua voluntas nõ fuiſ‐ ſet oipotens. igit ſi añs eſt poſſibile ꝯñs eſt poſſibile. añs vero probat. qꝛ oẽ qõ potuit deus ab eterno velle poteſt nunc ab eterno voluiſſe. h̃ pz per magiſtruz li. ꝑ. d. 43. in fine dicentem. ꝙ deus hꝫ potentiã volendi ⁊ nunc ⁊ ab eterno ꝙ tñ nec mõ vult nec ab eterno voluit. ¶ Põt ẽt probari per ea que dicta ſunt eodem lib. di. 48. arti. 3. q. Sed facere. a. ab eterno deus ab eterno potuit velle. pz. qꝛ potuit facere vt pz ex ꝑcedenti ꝯcluſione: ⁊ non potu‐ it niſi volendo. certũ eſt igitur ꝙ facere. a. ab eterno deꝰ poteſt ab eterno voluiſſe. Cõfirmat. qꝛ voluiſſe eſt deo poſſibile ab eterno ꝓducere aliquã rẽ quã ab eterno vo‐ luit producere. alias nullũ non futurũ poſſet eſſe futurũ: nec aliqd qõ nũqꝫ fiet poſſet deus facere: qõ nõ ẽt cathe‐ goreumatice ꝯcedi. igit q̃uis deus nõ voluerit ab eter‐ no producere. a. ab eterno poſſibile eſt deum voluiſſe ab eterno ꝓducere. a. pz ꝯña: quia par rõ eſt vtrobiqꝫ. Nũc
rñdeo ad rõnes opp. alterius. ¶ Ad ꝑmã rõnez dõm: ꝙ Rñſio. ad rões alioꝝ.
ſi proprie ſumantur ꝓpoſitiones vtraqꝫ eſt falſa. naz illa maior. quecũqꝫ ſunt incõpoſſibilia pro eodẽ inſtanti du‐ Ad pᵐ
rationis quale ordinẽ habent ⁊c. Si ꝓprie ſumat ordo T. c. 16.
nature implicat ꝯdictionem. qm̃ vt pz. 5. meta. priora ſꝫ naturã dicunt quecũqꝫ cõtingit eẽ ſine aliis: ⁊ illa nõ ſine illis. ⁊ per ꝯñs poſterius nã non cõtingit eſſe ſine priori. igitur ſimul ſunt. Si aũt aliq̃ non ſunt cõpoſſibilia ꝓ eo‐ dem inſtanti durationis vel pro eodẽ tpe ꝙ nõ refert in propoſito nõ ſunt ſil'. igitur nec inter illa eſt ordo nature. ⁊ ideo ponere aliq̃ eſſe incõpoſſibilia ſm durationẽ ⁊ ha‐ bere ordinẽ nãe ẽ ꝯdictoria affirmare. Ex pſſiꝰ ãt minor eodez mõ implicat ꝯdictionẽ ſicut pz intuenti. ¶ Ad ꝓ‐ bationez: dõm ꝙ aliud falſum aſſumit: videlꝫ ꝙ cuilibꝫ creature ex ſe ꝯuenit non eſſe. h̃. n. prorſus eſt falſa: qm̃ ſi ex ſe creature cõueniret nõ eſſe a nullo alio poſſet ſibi cõuenire eẽ. ⁊ ſi ex ſe eſſet non ens a nullo poſſet eẽ ens. ſic qꝛ dyameter ex ſe eſt incõmenſurabilis coſte ſui qua‐ drati a nullo alio poſſet eſſe ſibi commenſurabilis. ſꝫ ve‐ rum eſt ꝙ cuilibet creature non ex ſe ꝯuenit eſſe. ⁊ ꝙ nul‐ la creatura eſt ex ſe ⁊ a ſe ens: ſꝫ q̃libet ẽ ab alio. Et tales negatiuas intelligũt auctores per illas affirmatiuas vbi illas ponũt ⁊ talr eos intelligunt q eos recte intelligũt. Ex hꝰ aũt negatiuis nõ inferunt ille affirmatiue nec ẽt põt ꝯcludi ꝙ non eſſe prius ordine nãe cõueniat crea‐
ture q̃ꝫ eſſe. ſed forte dicetur qõ nõ ſic ſumit in argumen‐ Rñſio.
to prioritas nature. ſed pro tanto: dicit quia nõ eſſe priꝰ natura cõuenit creature quã eſſe qꝛ creatura ꝓcedit de nõ eſſe ad eſſe aut forte: qꝛ ibi ẽ ꝑoritas ꝯñe. nam ſequit. creatura eſt igitur prius nõ fuit. ⁊ non ſequitur. creatura non fuit. ergo creatura eſt. añs enim fuiſſet verum ante

creationē mūdi:ꝛ ꝯñs falſum.ꝛ ſimilr̄ de quālibet ſingu
Jriem lari creatura pꝫ non cōuerti talē ꝯñaꝫ.Si ſic dicat̄ nihil ad propoſitū:q2 ſolū de facto arguūt ꝙ creatura prius nō fuit ꝙ̄ eſſet:qđ nō negatur.nō aūt ꝓbant qn oppoſitū fuerit poſſibile.nā ille cōſequētie non ſunt ſimplices:ſed
Ad 2ᵐ tm̄ vt nunc. ℂ Ad ſecūdā nego ꝯñam:ꝛ ad ꝓbationē:dico ꝙ nulla eſt.nam per ſimilē modum ꝓbaret̄:ꝙ deus non predeſtinauit aliquē ab eterno:qđ eſt hereticum.arguam.n.ſic.ſi predeſtinauit.igit̄ neceſſario:qđ eſt falſuꝫ: ꝓbatio ꝯñtie:q2 non potuiſſet non predeſtinare tūc.nec ante nec poſt:quoꝝ qđlibet ſimilr̄ ꝓbat̄ vt in propoſito. Dico igit̄ ad argumentū:ꝙ fundat̄ ſuper imaginatione falſa.imaginat̄ enim ꝙ ſi deus ꝓduxiſſet ab eterno aliquam rem ꝙ in aliquo inſtanti primo ꝓduxiſſet illam.ꝛ tunc querit an tunc vel ante aut poſt potuerit non ꝓducere.h aūt imaginatio oīno eſt falſa.qm̄ ab eterno ꝓduxiſſe non eſt ꝓducere ꝑmo in aliquo inſtanti eterno.ſed eſt ante qđlibet tp̄s finitū actuale vel poſſibile vel imaginabile ꝓduxiſſe:ex quo manifeſte negat̄ fuiſſe aliquod tale ꝑmū inſtans.eternū.vñ hoc:qđ dr̄ ab eterno in ꝓpoſito nō eſt oṙo:ſed dictio ꝛ equalēter ſincathegoreumatica ſicut hec dictio tot⁹.icludit.n.in ſua ſignificatōe equalēter vlr̄ ſignū diſtributiuū cū ſuo diſtribuibili qđ ē tp̄s. ꝛ idē valet vt dictū eſt qđ hec oṙo.ante qđlibet tp̄s ſumēdo tp̄us generaliſſime mō prius tacto.Et ꝓpterea iuxta doctrinā quorūdam modernoꝝ logicoꝝ magis eēt preponenda illa dictio ꝙ̄ poſtponenda verbo vt diceretur ab eterno produxit ꝙ̄ produxit ab eterno.nam ſm̄ eos ex ſecūda videt̄ poſſe inferri.igit̄ in aliq̄ inſtanti ꝓducit ab eterno ſicut ſequit̄.ſoꝛ.fuit albus igit̄ in aliquo inſtāti fuit albus.ex primo tm̄ inferri nō pōt illud:ſi tm̄ vna indifferenter ponat̄ pro alia ad ſenſum ꝙ̄ ꝓprie facit ꝑma tunc nullū tale ꝑmū inſtās concipit̄ quo non concepto pꝫ ꝙ argumentatio ſequens eſt oīno impertinens: cuꝫ ipſa ſupponat aliqđ determinatum inſtans in quo primo ſit res ꝓducta.ꝛ querat deinde vtrū tunc vel ante aut p⁹ ꝛc̄. Si aūt ꝯformiter 2ᵒ.ſenſui querat̄ an deus ab eterno.i. ante qđlibet tp̄s finituꝫ potuit nō producere.dōm eſt ꝙ ſic.quelibet eniꝫ ſingularis iſtius vl̄is eſt vera.nec tm̄ ex hoc ſequit̄ ꝙ ante eternū potuit nō ꝓducere:cū nullum tale fuerit eternū. 2ᵒ.dico ꝙ qn̄ ds̄ ꝓduxit ꝛ qñcūq; ꝓduxit potuit non ꝓducere ꝛ qcq̄d ſit dicendū ad ꝓbatio
Ad 3ᵐ nem in ꝯriuꝫ pꝫ li.ꝑmo.di.38.q.ꝑma.arti.3. ℂ Ad tertiū dico ꝙ ab eterno deus potuit ꝓducere equū de mā.ꝛ cū ꝓbatur ꝙ non:q2 ſi ꝓduxiſſet de materia aut ꝓduxiſſet per motum aut per mutationē. nego ꝯñam.nam oppoſitum cōſequentis pōt ſtare cū añte. vt pꝫ ex ſecūda cōcluſione.
Ad 4ᵐ ℂ Ad quartuꝫ.dico ꝙ electio ſumitur duplr̄.vno°
cap.6. ſtricte vt eſt.ſ.cōcluſio ꝯſilij ſm̄ qđ habet̄.3.ethi.ꝛ ſic nō cadit in deo.alio mō cōiter pro libera volitione ꝯtingēter volibilis.Si ꝑmo mō ſumat̄ nego maiorem ſi 2ᵐ nego minorem.non enim neceſſe eſt ſi alicui quicꝙ̄ cōicat̄ electiue ſic ſumpta electione ꝙ illud intelligat̄ eſſe ſub oppoſito aut illo carere: ſed ſufficit ꝙ ſit poſſibile illud eſſe ſub oppoſito ; ꝛ ꝙ eſſet ſi illud non ſibi cōicaretur. ℂ Ad confirmationē:dōm ꝙ electio 2ᵐ ſumpta eſt etiā
Ad 5ᵐ reſpectu pṫitꝰ:lꝫ ꝑma ſit tm̄ reſpectu futuri. ℂ Ad qntū ſuppono ꝙ productio non eſt alia res a re ꝓducta:qđ inferius declarabitur.ꝛ ex h ꝓductionem alic⁹ eſſe in iſtāti vel in tempore ad bonum intellectū nō eſt aliud ꝙ̄ rem illam ꝓduci in inſtanti vel in tp̄e.Cū ergo dicit̄ nulla ꝓductio menſurata inſtanti tranſeunte pōt eſſe eterna.ad propoſitū loquēdo:duplex pōt eſſe ſenſus.vnus.nulla ꝓductio ꝛc̄.i.impoſſibile eſt aliq̄d ꝓductū in inſtanti trāſeunte eē vel fuiſſe ab eterno.alius ſenſus eſt.nulla ꝓductio ꝛc̄.i.impoſſibile eſt aliquid ab eterno fuiſſe ꝓductū in inſtanti tranſeunte.ꝛ vtroq; modo dico ꝓpoſitionem eſſe falſam.Ad ꝑmā ꝓbationem cōcedo ꝙ nullū inſtās poteſt eſſe eternū ad bonū intellectum:ꝛ nego ꝯñaꝫ que infert̄.igitur nec productio menſurata inſtanti ſiue ꝯñs illud intelligat̄ iuxta ꝑmū ſenſuꝫ maioris ſiue iuxta 2ᵐ. qm̄ poſſibile eſt aliquid eē ꝓductū ꝛ ꝓduci etiaꝫ actu in inſtanti.ꝛ in nullo tm̄ inſtanti eſſe ꝑmo ꝓductum vel primo ꝓduci ſicut poſſibile eſt aliquid fieri in aliquo iſtanti ꝛ in illo inſtanti non incipere eſſe vt ꝓbatum eſt in prima cōcluſione.nec minus eſt poſſibile abſolute in nullo inſtanti ipſum incipere eſſe vel incepiſſe. Si ergo conſequēs intelligat̄ ꝯformiter ꝑmo ſenſui maioris non valet ꝯña.nam poſſibile eſt aliquid ꝓductū:ꝛ qđ etiaꝫ actu in inſtanti ꝓducit̄ fuiſſe ab eterno. Item nec in ſecūdo ſenſu valꝫ:qm̄ poſſibile eſt aliquid ab eterno fuiſſe ꝓductū in inſtanti:ꝛ cum h ſtat ꝙ nulluꝫ inſtans fuerit eternuꝫ vel ab eterno.nā cū dr̄:poſſibile eſt aliq̄d ab eterno fuiſſe ꝓductuꝫ in inſtanti ly inſtanti.ſupponit cōfuſe tātuꝫ. 2ᵒ ꝓbatio etiaꝫ deficit in cōſequentia ſimili modo. Ad tertiam probationem cuꝫ dr̄:in omni mēſurato inſtanti tranſeunte ꝓductio differt a manutenētia:dico ꝙ de virtute ſermonis ꝓpoſitio eſt falſa ſimplr̄: capiendo tm̄ eaꝫ in aliquo bono itellectu.ſ.ꝙ omne ꝓductū ꝛ conſeruatū in aliquo inſtanti ꝓducit̄ in quo non ꝯſeruat̄:vel in aliq̄ inſtanti fuit ꝓductum in quo nō fuit ꝯſeruatū:ꝯcedēda eſt ꝓpoſitio tanꝙ̄ vera de ineſſe vt nūc.qm̄ eſſe hꝫ in aliquo inſtanti incepit in quo non fuit cōſeruatū.vel ſi nūc incipit in hoc inſtanti non cōſeruat̄: q2 nō proprie dicit̄ conſeruari vel manuteneri niſi ꝙ prefuit imediate.ꝛ ſꝫ hunc modum procedit argumentatio.ꝛ iđ de facto ꝓbat nullam talem rem fuiſſe ab eterno.q2 tm̄ poſſibile fuit et eſt aliquid eſſe factum:ꝛ in nullo inſtanti incepiſſe.ꝛ ſi aliquid eiuſdē modi eſſet ipſum in nullo inſtanti fuiſſet ꝓductum:in quo nō fuiſſet ꝯſeruatū.pꝫ ꝙ illa non ē neceſſaria:ꝛ ꝙ rō nō ꝓbat ipoſſibile fuiſſe rem aliquā fuiſ-
ſe ab eterno ꝓductā. ℂ Ad ſextū ꝑmo pōt dici ꝙ ꝯceſſa Ad 6ᵐ
concluſione non habet intentū.nam non ſequit̄.hec eſt neceſſaria.a.incepit.igitur nō fuit poſſibile.a.nō incepiſſe.ſicut non ſequitur.hec eſt neceſſaria.adaꝫ fuit.igit̄ nō fuit poſſibile adam non fuiſſe. 2ᵒ dōm ꝙ aliquid eſſe in continuo fieri pōt duplr̄ intelligi.vno mō ꝙ fit ſucceſſiue ps eius poſt partem.ꝛ ſic fieri diſtinguit̄ a factuꝫ eē. ꝛ qđ taliter fit non eſt.Alio mō ꝙ ꝙ̄uis ipſum ſit ꝛ factū ſit.in toto tm̄ tp̄e ꝛ in quolibet eius inſtanti ipſum hꝫ eē ꝛ actu totū fit ab agente:ſicut ſi corpus luminoſuꝫ ꝛ ſubiectum luminis quieſcant lumen cauſatum in toto tp̄e quietis ꝛ in quolibet ei⁹ inſtanti totū fit ſic:ꝛ factū eſt vt ſupra dictum ē.tūc ſi in maiore ſumatur fieri ꝑmo° nego eā eē neceſſariam.ꝛ ad ꝓbationē:dico ꝙ nō ſequit̄ ꝯñs: eodem mō accipiendo fieri.ſi vero in maiore ſumat̄ fieri 2ᵒ mō adhuc eſt falſa ꝓꝑ falſam iplicationē iplicat.n. aliquid eē factum de nihilo:ꝛ non cōtinue illo mō fieri.ꝛ per ꝯñs nec a deo cōſeruari. ꝧ.in eodē ſenſu minor eſt
falſa ꝛ ſimilr̄ ꝓbatio eius. ℂ Ad 7ᵐ dōm ꝙ creari vtroq; mō pōt exponi:ꝛ ab auctorib⁹ aliqñ vno mō:aliqñ alio ſententialr̄ inuenitur expoſitū.ſi aūt exponat̄ primo mō ꝯcedēdū ē ꝙ ꝙ̄diu creatura hꝫ eē ab alio ꝛ nō de aliquo ſemꝑ creat̄.nō tm̄ ē in ꝯtinuo fieri ſicut dico ꝛ agō ꝛ ꝑmo mō dicto fieri i ꝑcedēti ſolutōe:ſꝫ ē i ꝯtinuo fieri 2ᵒ. mō: ꝛ ſic ꝯcedit Aug.8.ꝛ.9.ſuꝑ ge. vt ſupra dictū ē ꝙ creatura ꝙ̄libet:ꝛ eodē mō dꝫ ꝯcedi ꝙ ꝯtinue creat̄ ſic accipiēdo creari quo ꝯſeruare eſt creare:ꝛ conſeruari creari.ſi vero ſumatur 2ᵒ modo:tūc dicendū ē ipoſſibile eē ꝙ creatura fuerit creata ab eterno.Sed ex hoc nō ſeqt̄ ꝙ nō potue- Ad 7ᵐ

rit eſſe facta ab eterno.nam bene ſtant ſimul ꝙ ab eter/
no fuerit facta ⁊ non de aliquo:⁊ tñ nõ fuerit aliqñ pmo
facta:⁊ per ↄñs nec creata ſic exponendo creationis no/
Ad 8m men: quimo pmũ infert ſecũdum. Et primum eſt qḋ in/
tẽdo:⁊ qḋ requiritur in queſtione.❡ Ad 8m dõz ꝙ nihil
valet:naz ſi valeret probaret̃ ꝙ deus non potuit ab eter
no pdeſtinare aiam antixpi:aut aliq̃ ex reprobatis:q2 de
facto nõ predeſtinauit.igitur tranſiſſet a ↄdictorio in cõ
tradictoriũ ⁊ nõ p mutationẽ factã in pdeſtinato:cõſtat.
cum nihil penit⁹ fuiſſet:ẽt eſto ꝙ fuiſſet impdeſtinatus
nec per mutationẽ in deo:⁊ eodẽ° pbaret̃ ꝙ nihil qḋ de⁹
non preſciuit potuit ab eterno pſciuiſſe:que oĩa ſunt fal/
ſa ⁊ erronea. Rñdeo igit̃ ad rõnẽ ⁊ nego ↄſequẽtiaz.nec
pbatio valz:q2 q̃uis de facto ſit vex ꝙ nõ pduxit:ſi tñ
ab eterno pduxiſſet:nunq̃ fuiſſet verum ipſum non pro/
Ad 9m duxiſſe:⁊ per conſequens non tranſiſſet a nõ producere
inproducere:vel a non produxiſſe inproduxiſſe:vt ſic lo/
quar.❡ Ad.9m dõm ꝙ nihil ẽt valz.nam pariter ↄcludit
vtrãq3 partem ↄdictionis:qḋ pz:q2 vt ſumit in miore ab
eterno fuit verum dicere.mũdus põt eſſe.⁊ ſimilr mun/
dus põt non eſſe.igit̃ ſi mũdus nõ fuiſſet ab eterno acq/
ſiuit vnũ extremũ ↄdictionis.ſ.nõ eſſe.⁊ per ↄñs ſi argu.
valz reliquit reliquũ.ſ.eẽ.igit̃ prius fuit:⁊ per ↄñs ſi mũ
dus nõ fuit ab eterno.mũdus fuit ab eterno.eodẽ° pba/
retur ꝙ deus nullum potuit ab eterno pdeſtinare.nam
quicũq3 potuit pdeſtinari:potuit ⁊ nõ pdeſtinari.ſi ergo
aliquis fuit pdeſtinat⁹ ab eterno.⁊ acquiſiuit illud extre
mum iuxta modũ loquẽdi arguentis reliquit reliquũ:
⁊ per ↄñs prius fuit ſub illo.igit̃ prius fuit non pdeſtina/
tus.igitur ſi ab eterno fuit pdeſtinat⁹ nõ fuit ab eterno
predeſtinat⁹:qḋ ẽ impoſſibile.dõm ergo ꝙ maior eſt fal/
ſa accipiẽdo pprie relinquere ſicꝫ accipit̃ in vlteriori de/
ductione argumenti.Sed ſi accipiat̃ relinquere pro nõ
habere:vel nõ eſſe ſub.ad bonũ intellectuz vera eſt. Sz
tũc nõ cõcludit̃ qḋ intendit:q2 nõ eſt vex nihil põt non
habere non eſſe niſi pus habuit nõ eſſe:ſicut nec econtra
veruz eſt . nihil põt nõ hẽre eſſe niſi pus habuit eẽ:⁊ per
Ad 10m ↄñs.nõ eſt vex accipiẽdo relinquere in eadẽ ſignificatio/
ne.nihil poteſt relinquere nõ eſſe niſi pus fuerit ſub non
eſſe.❡ Ad.10m dico ꝙ eternũ dupl'r ſumi põt.vno° pprie
qõ.19. ⁊ ſtricte:⁊ ſic dicit̃ de illo tãtũ:qḋ eſt vel fuit ſine initio:⁊
cap.18. erit ſine fine:⁊ eſt icõmutabile oĩno ac ĩpoſſibile non eẽ.
Vñ Aug.83.q.vult ꝙ illḋ qḋ eſt cõmutabile nõ recte dr̃
eternũ.⁊ in.4.de tri.idem vult:ſicut.d.9.pmu habitũ eſt.
Alio mõ põt ſumi eternũ large ⁊ iproprie:⁊ hoc tripl'r.ſ.a
parte poſt:⁊ ſic creatum ⁊ poſſibile nõ eſſe:qḋ in eternuz
.ſ.ſine fine durabit põt dici eternũ:⁊ a pte ante:vt ſi ali/
qḋ hꝫ ab eterno fuiſſet diceret̃ eternum : vel ex vtraq3
parte:vt ſi fuiſſet ab eterno ⁊ eſſet futurum in eternũ poſ
ſet:lz improprie eternũ dici.Tũc ad argumentũ ſi ſuma/
tur pprie eternũ.ſ.pmo° cõcedo maiorẽ ⁊ ↄcluſionem ſi
militer.vñ dico ꝙ impoſſibile fuit aliquam aliaz rem a
deo fuiſſe eternã:q2 ĩpoſſibile fuit aliquã rez a deo fuiſſe
neceſſe eſſe ⁊ imutabilem.Sed cuz hoc ſtat ꝙ poſſibile
fuerit aliam rem a deo ab eterno fuiſſe:qꝛ q̃uis fuiſſet
ab eterno:nõ fuiſſet tñ eterna: pprie ſumẽdo eternũ:qꝛ
fuiſſet poſſibilis nõ eſſe.⁊ ſic dicebat̃.d.9.p.adhuc deus
fuiſſet por ea prioritate eternitatis. vñ pprie loquendo
aliud eſt ab eterno potuiſſe fuiſſe aliud eſt potuiſſe fuiſ/
ſe eternum:ſicut etiam aliud eſt poſſe fore in eternum:⁊
poſſe fore eternũ.nam quedã creature erũt in eternum
⁊ tñ nõ erunt eterne.Si vero in maiore ſumat̃ eternum
iproprie.ſ.2m tunc nego ipſam:⁊ ſimul illã ppoſitionem
aſſumptam ad ipſius pbationẽ ſi ſit vl'is vt opz ſi ↄclu/
dere debeat.ſ.potentia ad eſſe eternum neceſſario cõiũ/
gitur actui.ponendo eternũ pro ab eterno.Tunc ad pmã
pbationem cum dicit̃:vbicũq3 potentia non neceſſario
cõiungitur actui actus poteſt ſequi potentiam ſm dura/
tionem:vel potentia pcedere actuz . nego eã loquẽdo de
actu ⁊ potentia.ſicut loquitur arguens . inſtãtia pz.nam
conſtat ꝙ poſſe eẽ pdeſtinatũ ab eterno nõ neceſſario cõ
iungit̃ actui.alias non fuiſſet poſſibile nulluz eſſe ab eter
no pdeſtinatũ.⁊ oĩs qui potuit eſſe pdeſtinat⁹ fuiſſet pre/
deſtinat⁹.vtrũq3 aũt eſt hereticũ:⁊ tñ eſſe ab eterno pde/
ſtinatum nõ põt ſequi ſm durationẽ ſuam potentiam:q2
tunc illud nõ fuiſſet ab eterno pdeſtinatũ.Ad aliã pba/ Ad 11m
tionẽ dõm:ꝙ in illa ppoſitione.in ppetuis ⁊c.ſumit̃ ppe/
tuũ pro eterno pmo° dicto:⁊ ſic eſt vera.Si vo ſumeret̃
2o eſſet falſa.❡ Ad 11m nego añs.Ad pbationez dico:ꝙ
ignis pduxiſſet ſplendorem de aliquo ſicut modo dr̃ ꝙ
ipſum pducit de aliquo.⁊ cũ infertur.igit̃ aut per motũ
aut per mutationem.nego ↄñaz.nã ſicut poſt pmũ inſtãs
ſui eſſe in quolz inſtanti tpis quo durat ſplendor pduci/
tur:⁊ non tñ p mutationẽ aut motũ ſuppoſito ꝙ ignis ⁊
ſubiectũ ſplendoris ſm nullam aliã traſmutationez mu
tetur:vt ſupra pz in ſecũda ↄcluſiõe:ſic ſi ab eterno ignis
fuiſſet ⁊ ſubiectũ ſplẽdoris.ſplendor fuiſſet abſq3 motu ⁊
mutatione pduct⁹.Et cũ dr̃ ꝙ oĩs reductio entis in po°
ad actũ eſt altero hox modox.dico:ꝙ vex eſt entis in Ad 12m
potentia abyciente actuz vel diſtante ab actu ſm modũ
loquendi phi.non autẽ entis in po° non diſtante.⁊ pz ex
eo qḋ iam dictũ eſt.❡ Ad 12m cũ dr̃ aut potuit creando
aut non creando:ſi accipiat̃ creando iuxta pmam expo/
ſitionem de creari datam in rñſione ad ſeptimũ argumẽ
tum:dico ꝙ potuit pducere creando:non tñ de nouo pro
ducendo.nec obſtat ꝙ de facto non fuerit:q2 nõ ſequit̃.
b.nõ fuit ab eterno.igitur non potuit fuiſſe niſi de nouo:
aut poſtq̃ nõ fuit.ſicut ẽt nõ ſequit̃.igitur non potuit ab
eterno fuiſſe.Et ſimilr dico ꝙ qḋlz futurũ pduci potuit
ñ de nouo ⁊ ab eterno:ſz ab eterno.ſz ſi accipiat̃ creando
iux̃ ſcḋaz expõnẽ de ly creari : ſic vr̃ accipe argu.pp illaz
additionẽ.vel de nouo pducẽdo.ita ꝙ ly.vel.ſtet ibi ex Ad 13m
poſitiue:dico ꝙ deus non potuit ab eterno pducere.b.
creando.ſed ex h̃ non ſequit̃ ꝙ abſolute ⁊ ſimpl'r nõ po/
tuerit h̃ pducere.❡ Ad 13m ↄcedo ꝙ de⁹ potuit ab eter/
no pduxiſſe iſtum mũdũ.⁊ nego vlteriorem ↄñam qua
dr̃.igit̃ potuit ab eterno pduxiſſe iſtũ creatũ mũdũ:ſi ac
cipiat̃ creatũ ſecũdo modo pdicto.i.de nouo pductum
ſicut ẽt accipit argumentũ.nec pbatio ↄñe valz naz ita
bene cõuertunt̃ vt nunc.iſte hõ ⁊ iſte homo reprobatus
demõſtrato aliquo reprobato ſicut cõuertunt̃.iſte mun/
dus ⁊ iſte mũdus creatus.⁊ ita etiã ſunt ſingulares:⁊ tñ
nõ ſequit̃.deus potuit ab eterno pdeſtinaſſe iſtũ hoiem.
igit̃ potuit ab eterno pdeſtinaſſe iſtũ hominẽ reproba/
tum.nam añs eſt verũ:⁊ ↄñs implicat ↄdictionem.ſicut
illa implicat ↄdictionẽ.deus predeſtinauit hunc hoiem Ad 14m
reprobatũ.iſta tñ eſt vera.iſtuz hoiem reprobatuz deus
potuit ab eterno predeſtinaſſe.⁊ ſilr hec eſt vera.iſtũ mũ
dum creatũ deus potuit ab eterno pduxiſſe.❡ Ad 14m
qḋ pro certo inter oĩa eſt difficili⁹ meo iudicio ſi teneret̃
4.concluſio ſupra poſita.ſ.ꝙ illud qḋ nõ fuit põt per di/
uinam pom fuiſſe.tũc eẽt dõm ꝙ ⁊ anteq̃ pducit.b.⁊ qñ
pduxit:⁊ ſilr poſt potuit ipſum pduxiſſe ab eterno.⁊ cõ/
cedendũ ꝙ etiã nũc põt pduxiſſe ab eterno.⁊ vlteri⁹ ꝙ
per actionẽ ſubitã.i.pducendo totum ſil:non tñ in aliq̃
inſtanti pmo.ſi vero illud nõ teneat̃ nõ vr̃ aliter poſſe di
ci niſi ꝙ anteq̃ pduxit potuit pduxiſſe ab eterno.⁊ tñ
ꝙ in nullo inſtanti anteq̃ pduxit potuit produxiſſe ab
eterno.vñ neganda eſt illa ↄña.igit̃ in aliquo inſtãti añ
a.potuit ⁊c.ſicut multi dicunt ad caſum illũ.ſoz.obmiſit

ante.a.⁊ tñ in nullo inſtanti añ.a.Et ſi queratur pro quo
ſuppõit ly.ante.dõz ꝙ ꝓ toto tpe eterno imaginabili ca/
thegoreumatice.Cui non placet hec reſponſio procuret
Ad 15m melioꝛem.¶ Ad 15m nego pmam ↄñam.cũ pbaꝛ:qꝛ ſeq/
tur.hec res fuit ab eterno.igitur non potuit annihilari a
deo gn prius fuit tempoꝛe infinito.concedo ↄñam:ſed
aliam que ſequiꝛ.igiꝛ hec res per tps infinitũ fuit inde/
pendens a deo:⁊ nõ poſſibilis nõ eſſe.nego:qꝛ lz ſuppoſi/
to ꝙ ab eterno fuerit neceſſe eam fuiſſe per tps infinitũ
ante ſuam annihilationẽ.per nullũ tñ tps infinitum fuit
